Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Co[n]te[n]ta hoc libello Modus confitendi

Andreas <de Escobar>

Argentine, 1507

Tractatus de absolutionibus

urn:nbn:de:bsz:31-114204

Visual Library

et peruersum. De secundo nō docuit fidez ignorātibꝰ. De tertō nō
luit dirigere deuiātes. De quarto nō dedit consiliū carentibus. De
quinto nō planxit dolores pauperuz. De sexto nō orauit pro pere/
grinātibus nec etiā p laborātibꝰ. De septimo nō effudit preces nec
dedit elemosinas pro fidelibus defunctis

De septē sacramentis ecclesie

¶ De Baptismo nō credidit. q̄ per eum pena nō relaxaret et culpa
remittatur. De cōfirmatiōe quā fecit ep̄s. De sacris ordinibꝰ insti/
tutos de sacrofitio misse seu hostie. De matrimonio qd̄ deus insti/
tuit. De sacra penitētia z cōfessione. De extrema vnctiōe quibꝰ nō
adhibuit fidē rectā z verā. nec recipit. nec honorauit vt debuisset.
Item de confessione nō debite facta. Item de penitētijs non debi/
te completis. Item de ꝓticipando cum excōicatis

Tractatus de Absolutionibus

¶ Queritur quis potest absoluere. Respondetur q̄ deus principa/
liter. nā solus deus peccata remittit. Secō dñs Papa vel suꝰ Pe
nitētiariꝰ potest absoluere penitentē et confitētez. Tertio Ep̄s suū
diocesanū absoluere potest z nō aliū. Quarto Curatꝰ absoluere p̄t
suū vel ꝓrochianū. Quinto quilibet presbiter de licentia curati
ꝓprij vel superioris. Sexto religiosi priuilegiati. sicut mēdicantes
aut alij. Septio de casibꝰ papalibꝰ z reſuatis. solus papa vl' sui pe
nitētiarij. Octauo de casibꝰ ep̄alibꝰ. Ep̄s absoluit suū diocesanū
aut sui vicarij seu penitentiarij. Nono omnis presbiter potest absol
uere penitētez in articulo mortis ab omnibus peccatis quibuscūq̄
Decimo laicus potest absoluere penitentē in articulo mortis cum
non possit haberi sacerdos

Qui nō debet absolui. z cui? Absolutio non valet.

¶ Primo confitens quidicit se non velle aut non posse penitere
Secundo nō volēs indulgere nec volēs rancorē dimittere
Tertio nolēs reddere inuēta cū sciat qui ea ꝓdiderit
Quarto nolēs restituere furta siue damna p̄ eum facta.
Quinto nolēs soluere debita sua cū b̄ bn̄ possit z habeat vnde.
Sexto adultus in q̄ nō apparēt aliq̄ signa cōtritionis
Septimo cōfitēs alteri q̄ suo curato sine licētia eiꝰ vl' superioris
Octauo excōicatꝰ a canone vel a iudice p̄ sniam latam
Nono qn̄ peccatū est reſuatū cōfitēs debz mitti ad superiorem.